

ASINUS AD SENEM

In principatu commutando civium
 nil praeter domini nomen mutant pauperes.
 Id esse verum parva haec fabella indicat.
 Asellum in prato timidus pascebat senex.
 Is hostium clamore subito territus
 suadebat asino fugere ne possent capi.
 At ille lentus 'Quaeso num binas mihi
 clitellas impositurum victorem putas?'
 Senex negavit. 'Ergo quid refert mea
 cui serviam clitellas dum portem unicam?'

O ASNO AO ANCIÃO⁶

Mudando o principado da cidade, as mais das vezes,
 Em nada, exceto o nome do senhor, mudam os pobres.
 Que isto vale, esta pequena fabulazinha o indica.
 O burrico no prado, o tímido ancião apascentava.
 Este, subitamente apavorado pelo grito de guerra inimigo,
 instigava o asno a fugir, para que não fossem capturados.
 Mas aquele, lento: "A ti indago, acaso julgas que a mim
 albardas dobradas o vitorioso há de impor?"
 O velho negou. "Portanto, o que me importa
 a quem sirva, contanto que carregue minhas albardas?"

⁶ Tradução de Amanda Blanco